

sit Achab à parentum suorum impietate, imò et aliquid aliud meditatus esse, et amplexus dicitur, quod ante illum ausus est nemo. Nam licet Pharaonis filiam duxerit Salomon, non

sum Baal sive Jovis Beli, quod more gentis suæ Sidoniæ colebat Jezabel ejus uxor.

Tropol. hinc disce quàm Deo invisâ, ideòque infelix sit impietas, nimirum quòd continua et funestissima sit tragedia impiorum principum vita; pauca ex dictis cap. 12, 15, 16, et lib. 4, c. 9, 10, 11, 15, hæc tragica accipe. Postquam occupavit regnum Israel Jeroboam propter delictum Salomonis, vindicatum per eum in personâ Roboam filii ejus, translatis decem tribubus in Jeroboam, regnavit et filius ejus in Israel. Vindicta in personâ filii successit, et ipse cum omni semine et domo Nabath erasus fuit per regem novum Baasa. Baasa tyranni finita potestas in filio Ela, qui necatus cum omni semine per Zambri ejus servum. Zambri tantum per septem dies regnavit, et obsessus ab Amri, coactus se in palatio comburere sustulit regiam progeniem. Amri et Achab stirpem sustulit Jehu, servus Joram regis, qui erat ex progenie Achab. Advenit autem in quartâ generatione vindicta super progeniem Jehu, juxta verbum Domini, et ideo Zacharias, qui ex Jehu descenderat, obtruncatus est à servo suo nomine Sellum, qui tantum regnavit pro eo in Israel per unum mensem, occisus pariter à Manahen filio Gadî in Thersâ, qui regnavit pro eo decem annis in Israel, et post eum Phaceia filius ejus biennio tantum; nam eum occidit Phaceas filius Romeliæ dux ejus; sed et hunc occidit Oseas filius Ela, hic autem translatus cum populo in Assyrios.

Tropol. Eucher.: Ille, inquit, qui postquam in Ecclesiâ habitum religionis assumpserat, ad agenda scelera quæ ei Dominus Jesus in die baptismatis condonaverat, redit, quasque ipse anathematizaverat diaboli pompas, luxuriosè vivendo repetit; cum errorum dogmata, vel gentiliū fabulas, veritati ecclesiasticæ, quâ imbutus est, quasi de Bethel egrediens ruinas Jericho resuscitat. Meritoque talis coram Domino maledictus, et primum filiorum in fundatione nefariæ civitatis, et novissimum in portarum positione amittit, quia et fundamenta fidei, à quibus bona ædificia inchoare, et claustra bonæ actionis, quibus perfici debuerat, perdit. Eadem ad verbum habet Angelomus. (Corn. à Lap.)

Achab ne se contenta pas de marcher dans les péchés de Jéroboam, mais il épousa de plus Jézabel, fille d'Ethbaal, roi des Sidoniens; et il alla servir Baal, et il l'adora. Les interprètes ont remarqué que la raison pour laquelle la Sainte-Ecriture paraît tant exagérer la faute qu'Achab commit en épousant Jézabel, n'est pas seulement à cause qu'elle était étrangère et attachée à l'idolâtrie, mais parce que cette femme étant très-méchante, engagea ce prince dans les plus grands crimes, dont il aurait eu peut-être de l'éloignement par lui-même. Et il semble que le Saint-Esprit, en blâmant beaucoup Achab d'avoir épousé une femme qui devait contribuer à le rendre plus méchant, avertit tous ceux qui veulent se marier, de chercher beaucoup cette femme sage dont l'E-

tamen, ut diximus, id fecit prius quàm patriam abjuraret religionem, juxta ea quæ Deut. cap. 21 antiqua lex præscribit. At Achab uxorem duxit primariam gentilis regis filiam, et ipsam gentilem usque adeò patriæ religionis amantem, ut insectaretur ad mortem usque illos qui veram religionem retinerent, et Sidonios deos Israeli colendos proponeret: idque usque adeò callido consilio, pertinaciq̃ studio, ut tandem consequeretur optata, et ad priorum regum impietatem, illud ipsa et rex ab eâ fallaci blandimento seductus, introduceret, quo populum omninò corrumpere, et nulla pietatis antiquæ vestigia relinqueret. Quid enim non faceret femina potens, superba, quæ in virum plus satis uxorem, plus habuit potestatis quàm amantem viri uxorem et modestam feminam deceret? Accedebat, quòd filii, quia matribus magis quàm patribus præsertim in ætate tenerâ, assidui sunt, ab illarum consuetudine, et disciplinâ informantur potiùs: quare filii à gentili matre gentiles fiunt, et cum lacte hauriunt, quod nulla postea magistrorum doctrinâ, nullâ parentum sedulitate deponant. Hi patres, qui alienigenis adhæserunt uxoribus, dicuntur alienos filios genuisse, Oseæ cap. 5, quia illi maternis blanditiis magis ad sacra gentilicæ, quàm patrum monitis ad veram religionem adducuntur.

VERS. 32. — ET POSUIT ARAM BAAL IN TEMPO BAAL. Perfecit Sidonia conjux cum Achab, ut ad impias aras, quas excitaverant superiores reges, aras quoque adjungeret Baal; et illi Sidonium in morem templum erigeret, in quo fierent hominum conventus, et sacra peragerentur legitimo gentiliū ritu, non aliter, neque minùs frequenter, quàm in Sidone ac Tyro fieri consuevissent. De Baal diximus alibi sæpè, et postea dicendum nobis aliquid necessariò. Tantum dico Baal significare *maritum* et *dominum*, qualem sponsæ conjuges sæpè salutant, et quia hoc nomen amabile aliquid et observandum significat, fit ut dii gentiliū, sicut *dæmones*, id est, fortunati dicuntur, sic etiam dicantur Baalim, id est, domini. Sed fuit aliquis Deus præcipuus ma-

criture fait les éloges, et de préférer la sagesse à tous les trésors, puisqu'une femme qui la possède apporte en effet à son mari le plus grand trésor qu'il puisse espérer, au lieu que celle qui ne l'a pas, doit être nécessairement la ruine de sa maison, selon que l'assure le Saint-Esprit par ces paroles: *La femme sage bâtit sa maison; l'insensée détruit de ses mains celle même qui était déjà bâtie.* (Sacy.)

ximè apud Sidonios, qui per antonomasiam commune nomen sibi vendicavit, sicut Roma dicitur urbs, Paulus Apostolus. Quis autem deus iste fuerit, incertum. Abulensis in lib. 4 Reg. cap. 3, q. 3, Herculem esse putat, quia ille apud Sidonios et Tyrios magnâ in veneratione atque honore fuit. Sanè Salomonis tempore luculentum templum et statuam Herculi ab Hiram fuisse constructam, tradit Josephus l. 8 Antiq. c. 2. Factos autem Tyri Herculis quinquennales ludos magno undecumque populorum concursu, habemus lib. 2 Machab. c. 4: *Cum autem, inquit, quinquennalis agon Tyri celebraretur, et rex præsens esset, misit Jason facinorosus à Hierosolymis viros peccatores portantes argenti drachmas trecentas in sacrificiis Herculis.* Hoc mihi videtur non improbabile, sed de Baal alibi à nobis actum pluribus; vide quæ diximus in nostris Commentariis super Oseam c. 2, ad illud v. 16: *Vocabit me vir meus, et non vocabit me ultra Baali.*

VERS. 34. — IN DIEBUS EJUS ÆDIFICAVIT HIEL DE BETHEL, JERICHO IN ABIRAM PRIMITIVO SUO FUNDAVIT EAM, etc. Accidit dum regnaret Achab, quo tamen tempore Scriptura non docet, hominem quemdam haud dubiè idololatram, quia erat è Bethel, ubi vitulus aureus à Jeroboamo positus, et unde impietas in decem tribus primùm erupit, et latè deinde per annos plurimos grassata est, contra quam à Josue, c. 6, esset edictum, reedificasse Jericho, quæ anathemati fuerat antea devota. Dixerat autem Josue cum igne, ferroque vastasset urbem Jericho, c. 6, v. 26: *Maledictus vir coram Domino, qui suscitaverit et ædificaverit civitatem Jericho. In primogenito suo fundamenta illius jaciatur, et in novissimo liberorum ponat portas ejus.* Ad hoc usque tempus nemo fuit, qui contra Josue edictum, sive vaticinium, quicquam auderet; spectabantur quotidie ruinæ Jerichuntinæ, laudabatur ager fecundus et lætus: nemo tamen è redivivo lapide excitare muros, aut domos moliri tutum putabat; donec vir infidelis Hiel, qui in Josue minis nihil credebatur esse ponderis, cum ex instauratâ urbe magnum spectaret captum iri compendium, rem ausus est, quam horrerent omnes præter infideles et avaros, quia illi nihil timent, quoniam defecit, aut elanguit fides, isti nihil non audent, dummodò aliqua se illis commoditas ostendet.

Multa hic quærunt Abulensis à q. 20, et Serarius in cap. 6 Josue, à quibus hic ego prudens absteo. Illud tantum dico quod ad rem

nostram et institutum pertinet, cur ista hæc tempore narrata, cum nullo modo videantur pertinere ad Achab, cujus in præsentia textitur historia, cujus duas causas invenio. Altera est, ut ostendatur quàm fuerit hoc tempore, in quo ad uxoris libidinem rem Israeliticam moderabatur Achab, profligata fides, quanta inducta cœlestium dirarum vilitas et oblivio, ut quod tot annis tentarat nemo, cum contra staret divina maledictio, id vidente rege, et populo, tentaret homo ex vitulorum consuetudine, et nunc addito à Jezabele novo sacrificiorum genere, planè demens. Altera, ut de hoc supplicio discerent idololatræ, quorum tunc major erat quàm antea numerus, non futuras illas minas sine pondere, quas Deus multis in locis contra illos intorserat, qui verum abjecissent Deum, et ad vanissima idolorum monstra defluxissent, cum antiquissimas minas experti essent, non vanas et nugaces, sed acerbis et veras.

IN ABIRAM PRIMITIVO SUO FUNDAVIT EAM, ET IN SEGUB NOVISSIMO SUO POSUIT PORTAS EJUS. Juxta Josue verbum c. 6 mulctata fuit filiorum interitu Hielis audacia. Nam cum primùm aperta fuerunt murorum fundamenta, extinctus fuit primogenitus filius Abiram, ita ut aperuisse videretur non fundamentum ad excitandum molem, sed sepulcrum in quod statim filium exanimatum inferret. Cum verò eò res esset deducta, ut absoluto murorum ambitu, adhibendæ essent portæ, cecidit Segub filiorum postremus. Quare tunc nullum filium, aut hæredem habuit, cujus honori, ac commodis immanis illa, ac sumptuosa fabrica serviret. Quot filios Hiel in eâ substructione Jerichuntis amiserit, non constat; ad unum tamen omnes periisse certum est. Rupertus in illum locum Josue cap. 20, ait in ipso operis progressu cecidisse filios, ita ut non construeretur murorum moles, nisi destructâ familiâ. Sic autem Rupertus ibi: *Quando fundamenta (Jerichuntis) jecit, statim mortuus est filius ejus primogenitus: et deinceps inter ædificandum paulatim secundum ordinem nativitatis decedentibus filiis omnibus, ubi (quod novissimum erat) posuit portas ejus, mortuus est filius ejus novissimus mirâ ambitione pertinaciam fulcierende conditoris nomen, totum cum affectu perderet genitoris honorem.* Ambitioni ergo Rupertus tribuit, quòd patris, cadentibus in operis progressionem filiis, studium non langueret. Et reverà ambitio, ubi hominum animis altiùs insedit, non modò naturæ, sed etiam

divinas leges pessumdat et frangit, neque audit filiorum agentium animas miserabiles gemitus, neque Dei voces extrema rerum incommoda minantis. Aut fortassè placere voluit Achab, qui Deum contempserat, coluerat vitulos, et ad hæc Sidoniorum deo templum et aras excitarat. Putabat enim gratum se futurum principi, ad ejus amicitiam et gratiam aspirabat, si cœlestium minarum et prædictionum se contemptorem ostenderet, quasi pluris faceret, quòd regi temerario et stolido, quàm vero et patrio Deo placuisset; neque quicquam habere pensè quòd filii in illius operis molitione perierint, dummodò regi suo gratum aliquod obsequium impenderet. Quod faciunt, prohi dolor! hoc tempore aulicorum plurimi, qui, ut captent captamque retineant principum gratiam, non illos ab impio, stultoque conatu pietas, non filiorum amor, insitus à naturâ, non pudor, non gravia populi judicia retardant. Quos exsanguis vides, egentes, Deo atque hominibus invisos, quasi illis fatale foret odiosos, et miseros perire, à principum aulis, imò à principum nutu non recedunt.

Sed rogabit quispiam, cur tam dirum supplicium indictum priùs à Josue, jubente nimirum Domino, ut habemus hoc loco (*juxta verbum Domini, quod locutus fuerat in manu Josue filii Nun*) et postea inflictum extinctis filiis ejus, qui antiquas civitatis ruinas excitare voluit?

CAPUT XVII.

1. Et dixit Elias Thesbites de habitatoribus Galaad ad Achab: Vivit Dominus Deus Israel, in cujus conspectu sto, si erit annis his ros et pluvia, nisi juxta oris mei verba!

2. Et factum est verbum Domini ad eum, dicens:

3. Recede hinc, et vade contra orientem, et abscondere in torrente Carith, qui est contra Jordanem;

4. Et ibi de torrente bibes, corvisque præcepi ut pascant te ibi.

5. Abiit ergo, et fecit juxta verbum Domini; cùmque abiisset, sedit in torrente Carith, qui est contra Jordanem.

6. Corvi quoque deferebant ei panem et carnes manè, similiter panem et carnes vesperè; et bibebat de torrente.

7. Post dies autem siccatus est torrens; non enim pluerat super terram.

8. Factus est ergo sermo Domini ad eum, dicens:

Alias mitto rationes, quas apud Josue interpretes curiosus lector inveniet, et dico illam mihi videri gravissimam, maximèque formandis moribus opportunam, quia Deus civitatem illam non humanâ potentiâ, seu industriâ subvertit. Non enim catapultarum, aut saxorum verberatione, sed circumductâ septies arcâ, et tubarum clangore muri ceciderunt Jerichuntini; quod autem Deus excidit, excitare illud velle tutum non est: secus est si hominum industriâ ac manu eversa sit civitas, aut abrogatæ leges, aut dejectum aliquid, quod hominum consilium et labor excitavit: id enim non solum permittente, sed etiam jubente atque probante Domino, è lapide quasi redivivo renovari potest. At excitare velle, quod dissipavit et disturbavit Deus, inanis omninò est, et perniciosus labor. Quemadmodum si quis velit excitare Pentapolim, quam cœleste jam olim absumpsit incendium. Sunt à Deo multa sive docente verbis, sive monente damnata, qualia sunt quæ Joannes Epist. 1, c. 2, concupiscentiam appellat carnis, concupiscentiam oculorum et vitæ superbiam. Hæc à Deo damnata sunt æquo severoque judicio, et funditus eversa; si quis illa excitare velit, et in illum statum, ex quo exciderant, revocare, ille dignus est ejus intereat soboles, id est, pereant opera atque consilia, et nomen à viventium numero deleatur.

CHAPITRE XVII.

1. Et Elie de Thesbé, qui était un des habitants de Galaad, dit à Achab: Vive le Seigneur Dieu d'Israël, devant lequel je suis présentement! il ne tombera pendant ces années ni rosée ni pluie, que selon la parole qui sortira de ma bouche.

2. Le Seigneur s'adressa ensuite à Elie, et lui dit:

3. Retirez-vous d'ici; et allez vers l'orient et cachez-vous sur le bord du torrent de Carith, qui est vis-à-vis le Jourdain.

4. Vous boirez là de l'eau du torrent, et j'ai commandé aux corbeaux de vous nourrir en ce même lieu.

5. Elie partit donc, selon l'ordre du Seigneur, et alla demeurer sur le bord du torrent de Carith, qui est vis-à-vis le Jourdain.

6. Les corbeaux lui apportaient le matin du pain et de la chair, et le soir encore du pain et de la chair, et il buvait de l'eau du torrent.

7. Quelque temps après le torrent sécha, car il n'avait point plu sur la terre.

8. Et alors le Seigneur lui parla en ces termes:

9. Surge, et vade in Sarephtha Sidoniorum, et manebis ibi; præcepi enim ibi mulieri viduæ ut pascat te.

10. Surrexit, et abiit in Sarephtha. Cùmque venisset ad portam civitatis, apparuit ei mulier vidua colligens ligna; et vocavit eam, dixitque ei: Da mihi paululum aquæ in vase, ut bibam.

11. Cùmque illa pergeret ut afferret, clamavit post tergum ejus, dicens: Affer mihi, obsecro, et buccellam panis in manu tuâ.

12. Quæ respondit: Vivit Dominus Deus tuus! quia non habeo panem nisi quantum pugillus capere potest farinæ in hydriâ, et paululum olei in lecytho. En colligo duo ligna, ut ingrediar et faciam illum mihi et filio meo, ut comedamus, et moriamur.

13. Ad quam Elias ait: Noli timere, sed vade, et fac sicut dixisti; verumtamen mihi primùm fac de ipsâ farinulâ subcineritium panem parvulum, et affer ad me; tibi autem et filio tuo facies postea:

14. Hæc autem dicit Dominus Deus Israel: Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur usque ad diem in quâ Dominus daturus est pluviam super faciem terræ.

15. Quæ abiit, et fecit juxta verbum Eliæ: et comedit ipse, et illa, et domus ejus; et ex illâ die

16. Hydria farinæ non defecit, et lecythus olei non est imminutus, juxta verbum Domini quod locutus fuerat in manu Eliæ.

17. Factum est autem post hæc, ægrotauit filius mulieris matris familiâs, et erat languor fortissimus, ita ut non remaneret in eo halitus.

18. Dixit ergo ad Eliam: Quid mihi et tibi, vir Dei? ingressus es ad me ut rememorarentur iniquitates meæ, et interfices filium meum?

19. Et ait ad eam Elias: Da mihi filium tuum. Tulitque eum de sinu ejus, et portavit in coenaculum ubi ipse manebat, et posuit super lectulum suum.

20. Et clamavit ad Dominum, et dixit:

9. Levez-vous, et allez à Sarephtha, ville des Sidoniens, et demeurez-y; car j'ai commandé à une femme veuve de vous y nourrir.

10. Elie se leva et alla à Sarephtha. Lorsqu'il fut venu à la porte de la ville, il aperçut une femme veuve qui ramassait du bois; il l'appela, et lui dit: Donnez-moi un peu d'eau dans un vase, afin que je boive.

11. Comme elle allait lui en quérir, il lui cria derrière elle: Apportez-moi aussi, je vous prie, dans votre main une bouchée de pain.

12. Elle lui répondit: Vive le Seigneur votre Dieu! je n'ai point de pain, j'ai seulement dans un pot autant de farine qu'il en peut tenir dans le creux de la main, et un peu d'huile dans un petit vase. Je viens ramasser ici deux morceaux de bois, pour aller apprêter à manger à moi et à mon fils, afin que nous mangions et que nous mourions ensuite.

13. Elie lui dit: Ne craignez point. Faites comme vous avez dit; mais faites pour moi auparavant, de ce petit reste de farine, un petit pain cuit sous la cendre, et apportez-le-moi; et vous en ferez après cela pour vous et pour votre fils;

14. Car voici ce que dit le Seigneur Dieu d'Israel: La farine qui est dans ce pot ne manquera point, et l'huile qui est dans ce petit vase ne diminuera point, jusqu'au jour auquel le Seigneur doit faire tomber la pluie sur la terre.

15. Cette femme s'en alla donc; et, animée de la foi, elle fit ce qu'Elie lui avait dit. Elie mangea, et elle aussi avec toute sa maison. Et depuis ce jour-là,

16. La farine du pot ne manqua point, et l'huile du petit vase ne diminua point, selon que le Seigneur l'avait prédit par Elie.

17. Il arriva ensuite que le fils de cette femme, mère de famille, fut atteint d'une maladie si violente qu'il expira.

18. Cette femme dit donc à Elie: Qu'y a-t-il entre vous et moi, homme de Dieu? Êtes-vous venu chez moi pour renouveler la mémoire de mes péchés et pour faire mourir mon fils?

19. Elie lui dit: Donnez-moi votre fils. Et, l'ayant pris d'entre ses bras, il le porta dans la chambre où il demeurait, et le mit sur son lit.

20. Il cria ensuite au Seigneur, et lui dit: